

strat, partim in hac vita, quatenus corda electorum per verbum suum & spiritum clementer moderatur, & in medio suorum inimicorum potenter dominatur: partim in futura vita, quatenus efficit, ut sancti in coelum translati, tum secundum animam in vera sapientia & sanctitate confirmentur: tum corporum claritate atque immortalitate donentur, sempiternoq; honore & gaudio unà cum ipso perfruantur.

L O C U S III.

De

Beneficiis Christi.

Beneficia Christi sunt quatuor: 1. Efficax vocatio. 2. Justificatio. 3. Sanctificatio. 4. Glorificatio. Aphorism. I.

2. Vocatio vel externa tantum & inefficax est, quæ fit foris, per verbum, Sacramenta & commune Ecclesiæ ministeriū, & proinde communis est electorum & reprobatorum: vel interna & efficax, quando ad externam accedit fides operatione Spiritus sancti in electis accensa, quâ divinæ & gratiosæ vocationi ex eadem Dei gratia efficaciter respondent, ac proinde est singularis ac electorum propria.

a Matt. 20.
v. 16. & 24.
v. 14.

G iiij